

& Paternam benedictionem. Licet is &c. *såsom N:o 347 till* inuitamus, ut exinde reddantur diuine gracie apciores. Vt igitur ecclesia uestra congruis frequentetur honoribus omnibus uere contritis & confessis, qui eandem ecclesiam in singulis festiuitatibus beate Marie semper virginis. & beate Marie Magdalene. atque Katerine. & in sollempnitatibus beatorum confessorum. Augustini Episcopi. & Dominici. ac. beati Petri Martýris. necnon & in secunda die Natiuitatis domini. Pasche & Pentechostes, ac per earundem festiuitatum seu sollempnitatum octauas, cum reuerentia & honore visiterint. De omnipotentis dei misericordia & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Quadraginta dies de iniunctis sibi penitencijs, annis singulis misericorditer relaxamus, suffraganeorum indulgentias nostrorum quas uobis indulserint ratificantes auctoritate presencium & tenore. Datum Hanaholm anno domini. M°.CC°.LXXXI° sexto Nonas Octobris.

De gula och röda silkestrådar, hvarpå sigillet hängt, äro qvar.

733.

1281 d. 21 Oct.

Sigtuna.

Bisk. KETILS i Åbo nästan lika lydande Bref.

D. a. 7: 175.

KETTILLUS Dei gracia Ecclesiæ Aboensis Episcopus Dilectis &c. in conuentu Siktoniensi salutem in domino Jesu Christo. Licet &c. *till* in eandem Ecclesiam in die Parasceves, ob Reverenciam Salvatoris nostri crucifixi & in utroque festo sanctæ crucis, & in singulis festiuitatibus Beatæ Mariæ semper virginis, & Beatæ Mariæ Magdalenæ, atque Katharinæ & undecim millium Virginum & sollempnitatibus Beatorum confessorum Augustini &c. dei misericordia & gloriosæ semper virginis Matris ejus Mariæ auctoritate &c. — annis singulis relaxamus. Datum Sictoniæ Anno Domini Millesimo ducentesimo LXXXI°. duodecimo kalendas Novembris.

(L. S.)

734.

1281 d. 2 Oct.

Hanaholm.

Ärke-Bisk. JACOBS i Upsala Tillstånd för Predikare-Bröderna i Sigtuna att meddela 20 dagars aflat åt botfärdiga, som afhört deras predikningar.

A. 3. c. 1: 6.

JACOBUS miseracione diuina ypsalensis archiepiscopus. Dilectis in christo filiis. priori & fratribus ordinis predicatorum conuentus sictonensis, ypsalensis diocesis salutem in domino ihesu christo. Cupientes in domino karissimi vos & ordinem vestrum fauoribus prosequi &c. *såsom N:o 349 till*